0439



vel irrationalium similitudines
rationali creature vel ipsi cre
atori collatas audieris ea ra
tio est: ut de pulchris naturisque
sive unitatis splendore fulgen
tibus ad pulchriora querenda mens
humana excitetur: et a minori
bus ad maiora promoveatur
the. Dic igitur quis sit iste flos
florum virtus floridorum ideoque lili
um convallium etc. Flos iste flos
est de flore christus virgo de virgi
ne matre formosus sponse spo
sus ecclesie flos quidem radice
sua pulchrior stirpe sua ve
nustior: visu intuentium cando
re suo semper alliciens: gustu cor
mirando ~~[illegible]~~ sapore demul
cens: olfactu suavis tactu gra
tus auditu delectabilis et
virginalibus disciplinis semper con
siderabilis. Flos iste primum
latens in campo patriarcharum
apertior in lata pagina prophe
tarum et regum ad fructum vere
perhenitatis processit: ex quo
fructus vite provenit omnibus
agnum castitatis gressibus sequen
tibus. Quid autem aliud est flos
iste convallium nisi christus et idem
decus et pulchritudo mentium
humilium que accepta spiritualis

gratie pluvia fundo summisse devo
tionis donum retinent quod accepe
rint: ut virtutum in eis fructus tan
to surgat uberior quanto celes
tis humoris vallis inclinate
mentis tenatior. Imber enim
montibus illapsus ad humili
ora semper defluit et in pna mon
tium vertice locum sue stationis non in
venit. Hic de cordibus superbis
considera. Potest et in his con
vallibus unde lilium istud processit
sit humilis parentela christi in
telligi: ex qua flos et fructus
prodiit ad nostra tempora qui sine tempo
re mundum creavit et tempora
Hic eo patet omnino quante fu
erint parentes christi paupertatis:
qui pro agno offerendo vix
sufficiebat sacrificio vel colum
be vel ~~turturis~~ ^ O pulchri
tudo floris et lilii in mundi
valle gratanter exorta sicut
scriptum est germinaverunt
campi heremi germen odo
ris israel. Campus heremi ter
ra inculta est: vel integritas
in maria virginalis de quo ger
mine sine cultore fecunda flo
re et floris odore visibus hu
manis produxit: proclamans
sponso cum sponsa. Trahe me post

te curremus in odore unguento
rum. Nonne de hoc floris odore
loquitur quod multa ecclesie sacra
menta figuraliter verbis et operibus
expressisse probatur: ecce inquiens
odor filii mei sicut odor agri
pleni quem benedixit dominus. Que
est autem agri istius plenitudo: ni
si maria gratia plena: benedictione
singulari inter omnes benedic
ta. Licet enim ipse christus ager sit
plenus in quo habitat omnis
plenitudo divinitatis corpora
liter: tamen et ipsa maria
ager iste probatur sicut et ipsa
sol ut filius eius sed alio modo:
ipsa et luna sicut ecclesia: ma
ris etiam stella per quandam simi
litudinem periclitantibus in hoc
mundo proinsa: et hec cuncta vo
cabula de hoc flore suo trahit
quem virga de stirpe yesse produc
ta produxit. Hunc igitur florem ado
lescentule nimis diligunt
amplexantur colendo sequuntur
habentes matrem et filium pre
dentes ut cum floribus floreat:
et fructum eternitatis in castimo
nia floribunda acquirat the
Quamvis nonnunquam suffocati
seminis sit inditium floridus
ager: non tamen hoc floribus

virginalibus metuendum est: quia
fructum cum floribus ibi provenerunt
ubi campi divini nichil seminis
genitivi susceperunt. Ubi enim
sine semine flos procedit: dig
num est ut sequatur fructus flori
similis utpote spiritualibus sur
gens incrementis etc. Quadoque
de de floribus ecclesiasticis id
est de virginalibus disciplinis a
gendum nobis est: inibi ne canticum
illud proferri in medium de quo
spiritus sanctus agni sequellis quoddam
dictavit invitatorium: alloquens
fructus divinos proferentes flo
res rosas et lilium: the Cum ser
mo non supserit inicium ex u
no flore secularibus omnibus insolito:
dignum est ut quicquid in laude
virginum dicatur celesti concinat
epithalamio. Itaque cantici hu
ius ordinem prosequere: et sic de
mum pateat que utilitas in
tra inclusione etc. Iuxta consequen
tia: cantica sponso celebrare et
cantici locum vel causa agnoscere
the Dic igitur prius Audite me
inquit divini fructus et cetera
Sicut fructus florem suum sequa
tur sic christum virgines virgines sic
agnum castitatis sequelle veri
tatis amice: sponsi pudicia sponse